



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 96. Novem Cardinales a Papa creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI
A.C. 1505

Marian. lib.
28 n 80.
Et 81.

nec litem cum Socero suo composuisset; ast ipso consentiente Ferdinando cuncta sublata erant obstacula, aliunde discessum maturabant, impensæ potissimum Castellæ Procerum sollicitationes, qui Archiducem, ut in Hispaniam veniret, repetitis literis stimulabant: igitur cum in omnibus Belgii portibus plusquam sexaginta naves penitus instructæ in anchoris hæerent, cunctis in Zeelandia convenire jussis, Archidux unacum Regina conjuge sua die octava Novembris Bruxellis profectus est: cum vero Zeelandiæ detineretur, Legatos suos in Hispaniam decrevit, suo nomine cum Ferdinandi Regis Oratoribus plena transigendi potestate munitos: Articulos autem, de quibus inter eos conventum, integros Mariana recitat. Hi ad septem capita reducuntur, hujusque scederis, quod conclusum, ac die vigesima quarta Novembris utrinque firmatum est, Sponsores summus Pontifex, Imperator, & Angliæ ac Lusitaniæ Reges nominabantur.

§. XCVI.

Novem Cardinales a Papa creati.

Alf. Ciacon.
Et Paris de
Grassis tom.
1. p. 246. Cum Julius Papa Cardinalium numerum, qui cum plurimum obitu imminutus est, resarcire cogitaret, hac de re Ludovicum XII. missis ad eum literis die prima

prima Decembris certiozem fecit, duo-
 decima vero ejusdem mensis novem
 Prælatos purpura donavit, quorum no-
 mina sunt. I. Carolus Dominicus de
 Carreto, ex Marchionibus Finarii, pa-
 tria Genuensis, Archiepiscopus Turonen-
 sis & Rhemensis, Cardinalis tit. S. Viti,
 mox S. Cæcilie. II. Marcus Vigerius
 Savonensis, Senogalliensis Episcopus tit.
 S. Mariæ trans Tyberim, & Episcopus
 Prænestinus. III. Leonardus Ruverius
 Savonensis, Sixti IV. Papæ Ne-
 pos, Agennensis Episcopus, primo tit.
 S. Susannæ, demum S. Petri ad vincu-
 la, & Major Pœnitentiarius. IV. Ro-
 bertus Guibe, natione Gallus, primo
 Rhodonensis postea Nannetensis Episco-
 pus tit. S. Anastasiæ. V. Antonius Fer-
 rerus, patria Savonensis, Episcopus Eu-
 gubinus, tit. S. Vitalis. VI. Franciscus
 Alidosius Forocorneliensis, Episcopus
 Papiensis & Bononiensis, tit. S. Cæci-
 liæ. VII. Gabriel Gabrieli, patria Fa-
 nensis Urbinatensis Episcopus, tit. S. Pra-
 xedis. VIII. Fatius Sanctorius, Cese-
 natis Episcopus, tit. S. Sabinæ, Pam-
 pilonensis Ecclesiæ Administrator. IX.
 Sigismundus de Gonzaga, Mantuæ Epi-
 scopus, Cardinalis Diaconus S. Mariæ
 novæ.

3æcul. XVI.
 A. C. 1505.

Raynald. an.
 1505. n. 41.